VERS. 13. — Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, etc. Justificari oponit hic Apostolus, perire et judicari, sive condemnari. Nota Apostolum supponere hæc opera fieri ex fide et gratia Christi; agit enim de tota legi observatione, deque operibus verè bonis, Deoque acceptis ad vitam eternam, quæ non possunt esse, nisi nascantur ex fide. Tantum enim Apostolus hic proklare intendit solam legem notitiam non sufficientem ad justitiam, sed insuper ad eam requiri bonum actionem et observantiam legis. Judei credebant Deo et legi; et tamen contra eos hanc sententiam interroget Apostolus dicens: Non auditores, sed factores legis justificabuntur. Ergo clarum est ex mente Apostoli,

non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt... illud naturaliter, seu natura, non opponitur gratia, sed legi scripta; non vult ergo dicere quid gentes, sine auxilio gratie faciant que legis sunt, sed sine auxilio legis scripta. Sensus ergo est quid gentiles sine lege, sed libero voluntatis motu, gratia tamen præveniti, legem observantes, nisi SIBI SUNT LEX, facitque suis ostendunt quid legem habent scriptam in cordibus suis, ut in vers. seq., QUIT OSTENDENT...

VERS. 15. — TESTIMONIUM REDENTE..., id est, et hæc rei testimonium reddit ipsumsæ conscientia, que approbat, cœnservat; remordet et accusat, cum violent. Vide paraphrasim.

VERS. 16. — IN DIE, CUM JUDICABIT DEUS..., quasi reddit quod testimonium clarissimum patet in die iudicii, quæ Deus per Jesus Christum judicabit non de factis externis, sed et de internis et oculis in corde hominum, et consequenter de cogitationibus et motibus conscientiae; sicut ego hoc omnibus populis annuntio, seu secundum Evangelium meum.

Aliqui hunc v. 16 jungunt cum v. 12: *Per legem judicabuntur in die...*, voluntate cetera omnia esse parenthetica, ita ut tres agnoscent parentheses: primam, v. 15: *Non enim auditores*; secundam, v. 14: *Cum enim gentes*; tertiam, v. 15: *Qui ostendunt*. Sed simplicius potu omnia explicare ut supra, et benè coheret v. 16 cum precedenti. Etenim conscientiae nostræ testimonium Deus in suo iudicio sequitur et confirmabit.

Deus in corde nostro tribunal erexit, legemque suam digitu suo insculpsit in intellectu nostro ; in hoc tribunali ratio iudex est; conscientia quasi actor; cogitationes testes, que vel accusant, vel defendunt hominem reum. Hinc dicebat Menander: Mortalibus cunctis conscientia Deus est, id est, instar et vice Dei. Conscientia lex et iudicium erit quasi regula iudicii divini; conscientiam nostram Deus quasi librum aperiet; in eo quæ scripta sunt leges et manifestabit, et non per solam fidem, sed per opera fidei nos justificari.

VERS. 14. — CUM ENIM GENTES, etc. Dices cum S. Augustino: Paulò ante diuitiis Apostolus: *Factores legis justificabuntur*; autem gentes sine fide non possunt iustificari; ergo cum eas vocat factores legis, non intelligi illas sine fide, sed conversas ad fidem. — Respondet: Factores legis, scilicet totius, justificabuntur; gentes autem, licet faciant ea legis quæ facilia sunt, ut honorare parentes, dare elemosynam, cavere furta et cedes, non tamen possunt totam legem facere et implore sine fide et gratia Christi, quia legem fidei, spei, charitatis, et alias quæ supernaturales sunt, per naturam et nature vires implere non possunt. Ubi diligenter attende: Non dicit Apostolus gentes facere vel implere legem, sed ea quæ legis sunt, id est, aliqua, puta faciliora, legis precepta facere; cum verò ait, justificari eos qui faciunt; non dicit ea quæ legis sunt, sed legem, scilicet totam et integrum. Hoc autem fieri nequit sine fide et gratia Christi.

VERS. 15. — Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Significat enim in scriptum ut permaneant. Ostendunt, faciendo ea quæ legis sunt, cum legem non accepterunt; per hoc enim declaratur quod ipsi sibi sunt lex.

secundum ea judicabit; hunc itaque judicem consule, audi, time.

VERS. 17. — SI AUTEM TU JUDEX... Judeo hic ex omnium consensu speciatim aggreditur, ut eamdem illis applicet damnationem, quam contra gentiles, in cap. 1 conclusit. Ut autem illos justè condemnet, duo necessaria sunt: primum quid legem noverint, secundum, quid illam non servaverint. Primum hic aggreditur; secundum v. 22. Hic itaque et tribus sequentibus versibus mira eloquentia concedit illis omnes magnificos titulos quos sibi attribuebant; sed ut illos 21, 22, etc., majori pudore sustinuerint.

SI AUTEM NOSTER INTERPRES LEGIT &c. Gr. hoiliter habet &c. Ecce tu Judeo. Omnes Israelite cooperunt Judæi cognomini, post redditum in captivitate Babylonica, duce Esdra, à tribu Juda nomen sumentes; gloriosum autem erat hoc nomen, quia significabat veram religionem, scilicet, unius Dei cultum. *Notus in Judæi Deus*; Judas, confessio dicitur, Theoph. Et resurgens in legi, id est, inniteris, tibique complacens in lege à Deo tibi data, et te verum Dei cultum docente, GLORIARIIS IN DEO, legislatore tuo, ducere tuo, et qui te in populum elegit.

VERS. 18. — ET NOSTRI VOLUNTATEM EJUS, non tantum per Iulien rationis, sed etiam per legem et prophetas; ET PROBAS UTILIORA. Gr., differentia. Syr.: Et discernis res congruas quæ edocuit ex lege; id

* *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum*. Haec enim omnino gentes, etiæ legi expertes, conscientiam factorum suorum intus in animo, quæ ipsi testimonium ingreditur quia bene vel male fecerint.

Et inter alios, cogitationibus accusantibus aut etiam defendantibus. Pro cogitationibus, Græci significant non qualescumque cogitationes, sed quæ sunt hinc ratione ad ceptandum; dum adhuc iudicio rationis animus examinat aliquid, et de eo pronuntiat sitne verum an falsum, bonum an malum. Sensus est, atque ex hoc testimonio conscientia fit, ut dura factus sit suus cogitationis, et inter se conferunt, ipsi suis cogitationibus, vel accusentur proper malæ facta, vel excusantur ac laudent proper bona. In basilica cordis humani Deus tribunal constitut, legesque in ejus tabulis incidit digitu suo, ratione creati judecim, conscientiam autem, testes cogitationes, que possunt adfere, vel defendunt ipsum hominem reum.

VERS. 16. — IN DIC JUDICABIT Deus occulta hominum. In die, id est, in diem iudicii divini, sicut superioris, in die vix. Nam illa cogitationum accusatio vel excusatio nunc quidem fit, sed respicit diem exercitii ad iudicii Dei.

Secundum Evangelium meum, secundum quod de die iudicii, ejusque penitentia et premis evangelizare et docere solet, edocuit a Christo. Ita Theophylactus, Evangelium enim suum Paulus non aliud intelligi vult, quam doctrinam evangelicam, a se propagatam, quod eam Christus revelante didicisset, Gal. 1.

Per Jesum Christum. Hoc adjungendum illi parti: Cum judicabit Deus occulta hominum. Sensus enim est, Deus iudicaturum per Christum hominem, qui constitutus est ab eo iudex vivorum et mortuorum. Act. 10.

VERS. 17. — SI AUTEM TU JUDÆUS COGNOMINARIS, et requiescis in lege, supple ex praeced. : Et tamen ipsam legem non facis, nec observas, gravius hæc de causa damnaberis; q. d.: Si tu, ô Judee, gloriaris quid sis Judeus, quodque legis sis peritus, ut ita in doctrina legis conquisceres, et tamen legem ipsam non posse, non imples, merito sanè acerbis punieris.

Et gloriariis in Deo, hoc est, gloriariis verum Deum

est, per legem nostri non tantum licitum ab illico discernere, sed meliora et ad virtutem magis utilia elegeri.

VERS. 19. — CONFIDS TEIPSUM ESSE DUCEM CÆCORUM. Scribas et Rabbinos hic precipue tangit, qui magnificos sibi titulos tribuebant; ceteros verò, præseruum gentiles despiciabant; cœcos, insipientes, infantes vocabant. Confids, id est, tu tibi ipsi persuades quod ceteros potes docere, quasi cœcorum ducem.

VERS. 20. — ERUDITOREM INSPIRVENT, id est imperitorum, HABENTEM FORMAM SCIENTIE ET VERITATIS.., Jactas te, quasi in lege habens regulam, non tantummodum sciendorum et agendum, sed et formam et rationem alios docendi, quid facere vel fugere debet.

VERS. 21. — QUI ERGO ALIUM DOCES... Resumit scientie et glorie titulos, quos sibi tribuebant, et quos illi concesserit; sed resumit, ut in eos retrorquet, illosque in omnibus ostendat legis violatores; resumptio nem incipit ab ultimo et perfectiori. QUI ERGO ALIUM DOCES, quid faciendum, TEMETIPSUM NON DOCES, ad faciendum te non excitas, dicas et non facis. PRÆDICAS... Vide paragr.

VERS. 22. — QUI DICIS NON MOCHANDUM... Qui abominariis IDOLA, SACRILEGUM FACIS; Syr.: Diripis adem sacram, sacrilegum facis, id est, peccas contra veri Dei religionem, eumque graviter offendis, sive res Dei esse tuum, qui te ad cultum suum ex omnibus mundi nationibus elegerit, et populum sibi peculiarem fecerit.

VERS. 23. — ET NOSTRI VOLUNTATEM EJUS, non tantum per Iulien rationis, sed etiam per legem et prophetas; ET PROBAS UTILIORA. Gr., differentia. Syr.: Et discernis res congruas quæ edocuit ex lege; id

* *Testimonium reddente illis conscientia ipsorum*. Haec enim omnino gentes, etiæ legi expertes, conscientiam factorum suorum intus in animo, quæ ipsi testimonium ingreditur quia bene vel male fecerint. Et inter alios, cogitationibus accusantibus aut etiam defendantibus. Pro cogitationibus, Græci significant non qualescumque cogitationes, sed quæ sunt hinc ratione ad ceptandum; dum adhuc iudicio rationis animus examinat aliquid, et de eo pronuntiat sitne verum an falsum, bonum an malum. Sensus est, atque ex hoc testimonio conscientia fit, ut dura factus sit suus cogitationis, et inter se conferunt, ipsi suis cogitationibus, vel accusentur proper malæ facta, vel excusantur ac laudent proper bona. In basilica cordis humani Deus tribunal constitut, legesque in ejus tabulis incidit digitu suo, ratione creati judecim, conscientiam autem, testes cogitationes, que possunt adfere, vel defendunt ipsum hominem reum.

VERS. 20. — ERUDITOREM INSPIRVENT, etc. Profiteris magistrum imperitorum, ul qui ex studio logie consecutus sis formans ac rationem, quæ etiam alios scientiam veritatis imbuere, ac morum præceptis instruere quæs.

VERS. 21. — QUI ERGO ALIUM DOCES, TEIPSUM NON DOCES, id est, non vivis ut doces; doctrinam tuam facto non ostendis. Nam turpe est doctor, cum culpa redarguit ipsum.

VERS. 22. — QUI PRÆDICAS NON FURANDUM, FURARIIS: qui dices non mochandum, meocharis. Hæc faciebat Judeus non solum cupiditate et affectu, verum etiam ipso opere. Nam etiæ lex manus colubebat, non animum, in multis tamen effervescentis cupiditas erumperebat in actum externum.

Qui abominariis IDOLA, SACRILEGUM FACIS, dum scilicet, avaritia victimæ, res idolis consecratæ, vel demoniis immolatas, contra legem usurpas, ait Chrysost. et Theoph. Potest etiam intelligi in eo quid galù aut hominum amicitia illecti membra adibant idolothys instructas. Nam et hoc ad idolorum culturam et demonum societatem pertinere Paulus docet 1 Cor. 10.

concealendo, sive res sacras usurpando, sive ei non offerendo quae et qualia lex præcipiebat, sive alio modo templum profanando. Falsos autem Deos colere, aut verum Deum spernere et enormiter offendere, quid multum interest?

VERS. 23. — QUI IN LEGE GLORIARIS... Gloriaris quid legem à Deo accepisti, et per legis transgressionem, Deum legis auctorem, affici contumeliam. Tria sunt hic crimina: primum, quod dehonestant; secundum, quod Deum à quo sunt honestati, dehonestant; tertium, quod lego, quā honestati sunt, Deum dehonestant, transgredientes illam. Theophyl post Chrys.

VERS. 24. — NOMEN ENIM DEI... Hoc probat auctoritate Isaiae 52, v. 5, quem citat tanquam illorum accusatorem. NOMEN DEI PER VOS, id est, propter vos, et peccata vestra in legem; BLASPHEMATOR, id est, ignorinū afficitur inter gentes, dicens: Qualis lex, que talen vitam parit; vel qualis Deus, qui talen habet populum. Simile quid habet Ezech., cap. 56, v. 20.

Hinc ergo concludendum restat Iudeus non minus, inō magis reos quā gentiles, ideoque eamēd cum eis meruisse damnationem. Hinc omnis supradicta in Iudeo quidem directe dicuntur, sed, heu! in quot Christianos indirecēt? ut in fine capituli ostendetur. Unus hic dico, quod vita sancta Christiani, laus est Dei perennis; mala autem vita quasi continua blasphemia. Vide qualis sit tua.

VERS. 25. — CIRCUMCISIO QUIDEM PRODEST... Sepudice conclusioni contradicere poterant Iudei, ob si gnaclum fœderis à Deo cum ipsis initi, quod in sua carne gerebant, et quo à gentilibus discernebantur: quod providens Apostolus, respondet circumcisioem sine legis observanti nihil prodesse. Itaque et illos hoc signaculo, quoniam gloriantur, hic spoliat, eosdem et ipso Iudei nomine spoliatur.

VERS. 26. — NON ENIM QUI IN MANIFESTO JUDEUS... Ut

VERS. 25. — Qui in lege gloriari, tanquam à Deo accepti; nec enim levius erat materia gloria, legem à Deo accepisti praeter ceteris gentibus. Nam iudicata non manifestari eis, Psal. 147.

Per prævaricationem legis Deum inhonors, illum ipsum scilicet, à quo legem accepisti. Nam prævaricatio cedit in injuria et ignominia legislatoris. Tollitus enim per eam honor illi debitus, qui consistit in observatione legis ab eo late.

VERS. 24. — Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes. Sensus est: Propter vos, id est, vestra culpa, qui legem à Deo tradidam palam violatis; male de Deo vestro genies loquuntur, detrahentes honori et majestati ejus, qui habeat tam malos cultores, quasi eos vel negligat punire, vel non possit; vel etiam sceleria approbet.

Sicut scriptum est. Origenes et alii referunt ad locum Isaiae 52, juxta versionem Septuag., que sic habet: Propter vos semper nomen meum blasphematur in gentibus. Jam ex verbis suis appetat illa superiora, furoris, mecheris, sacrilegum faci, et exterius operi accipienda esse. Nam propter solum affectum int̄ latenter non poterat infamari nomen Dei apud exterias nationes.

VERS. 25. — Circumcisio quidem prodest, si justificamus saltem adulitos, sed quia facit te esse ex po-

bunc versum et sequentes intelligas, cum D. Chrysostomo distingue duas leges, duas circumcisiones, duo præputia. Legem Mosiacam litteris scriptam, legem naturalēm in cordis tabulis insculptam, circumcisio nem carnis, circumcisio nem cordis, præputium à natura, præputium à voluntate. Placeat Deo circumcisio cordis: hanc Deum intendit, et propter eam jussit circumcisioenem carnis; haec autem sim circumcisioenem animae supervaracanea est.

Circumcisio igitur prodest, si adsit anima, seu cordis circumcisio, et legis observatio; SIN AUTEM, LEGIS ES PREVARICATOR, NON TIBI PLUS PRODERIT CIRCUMCISIO QUĀN SI PREPUTIUM HABERES. Cum hæc scriberat Apostolus, circumcisio erat aliud Iudeis licita; inō et sibi necessariam putabant, et id in eos hic non urguit D. Paulus; sed ex legis inobseruantia inferit iniurium fuisse et esse circumcisioem; vel loquitur de circumcisione, propter eam in statu legis.

VERS. 26. — SI IGERIT PRÆPUTIUM.... A contrario inferit quid si homo præputiū, id est, gentilis, legem naturalēm custodiū, apud Deum reputabatur ut circumcisus; tantum illi valebit status circumcisus, quantum alteri circumcisioenem status.

VERS. 27. — ET JUDICABIT ID QUOD EX NATURA EST... Et gentilis ille, licet præputiū habeat, cum quo natus est, si legem naturalēm perficiat, sui comparatione, te condemnabit, à Iudeo, qui legem violas, licet et scriptum legis habeas, et circumcisioem. Eodem sensu Christus, Matth. 12, 42, dixit: Viri Ninivitae surgent in iudicio, etc. Regina Austri, etc.

VERS. 28. — NON ENIM QUI IN MANIFESTO.... Syr.: Nec qui palam, id est, qui exteriū tantum, seu per publicam Judaisationem, et exteraū observantiam; subaudi: Ille verē et coram Deo Iudeus est, Deo placens.

NEQUE QUI IN MANIFESTO, IN CARNE..... Syr.: Nec etiam qua in carne conspicitur circumcisio, supple, puto Dei signato, cui Deus creditit sua eloqua, ut ait Paulus, cap. seq.

Si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est, q. d.: Si legem violas, licet circumcisio sis, perinde tamen es ac si incircumcisus gentilis es, ac si præputiū haberes et gentilissimum indusces. Reprimit hic Paulus arrogantium Iudeorum gloriantium se in sua circumcisio. Ut Theophylactus.

VERS. 26. — Si igitur præputiū, id est, præputiū gentilis, justitias legis custodiat, nonne præputiū illius in circumcisio repudiat? R. d.: Significat legem custodiat, tunc incircumcisio illi non obserbit, sed repudiat potius, ac si esset circumcisus, quia custodia legis tantum, inō amplius illi valebit quān Judeo voleat circumcisio; quia, ut Theophylactus ait, vera circumcisio est præciso non carnis, sed peccatorum, sive est ipsa actio vera et bona præcisa à virtute; præputium vero est mala et turpis actio.

VERS. 27. — ET JUDICABIT ID QUOD EX NATURA EST, etc. Sensus: Non enim gentilis quem tu judicas soles, nisi præputiū habens cum quo natus est, si legem observit, per seipsum comparatione condemnabit te, qui cum litteram, id est, legem, in tabulis scriptam habeas, et carne circumcisus sis, atque exteraū professione Iudeus, tamen huius professionis non respondeas, sed legem acceptam prævaricaris.

VERS. 28. — Non enim qui in manifesto, Iudeus est,

est vera circumcisio, que Deo placet, et quam Deus precipue intendit.

VERS. 29. — SED QUI IN ABSCONDITO JUDEUS EST, id est: Sed ille verus est Iudeus, qui in corde et legis observatione, ex corde profecta, Iudeus est: seu, qui per fidem, et internas animi virtutes, et spiritualiē legis observantiam, Abrahamum patrem suum imitatur.

ET CIRCUMCISIO CORDIS....., id est, et vera et Deo placens circumcisio est ea quā cor circumciditur à virtute et concupiscentiis.

IN SPIRITU, NON LITTERA, id est, quæ fit per Spiritum per externam et publicam Judaismi observationem et professionem, neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio, subaudi, hic verus Deoque placens Iudeus, hæc vera Deoque placens circumcisio est.

VERS. 29. — Sed qui in abscondito, Iudeus est, qui seculiter in corde et spiritu, per legis observantiam, fidem et gratiam, Christum (qui scopus est legis, quæcumque lex tota clamat, confitetur). Subaudi, hic verus apud Iudeus est, et filius Abrahami spiritualis.

Et circumcisio cordis in spiritu, non littera. Circumcisio quā cor circumciditur à virtute et concupiscentiis;

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximē notandam, et in proximis

1^o Ex vers. 2 disce existandam et nunquam dormitare siendam hanc, quam habemus de Dei iudicio notitiam. Iudicium Dei est secundum veritatem, id est, justum; nihil dans gratia, nihil odio, omnia equitati; personam non respecti, sed causam; bonum et malum attendit et ex aquo iudicat; omnia scit, potest que vult, ex recto iudicat. O incorruptum, et incorruptibile Dei iudicium! quām terrible eris homini corrupto et corde non recto, alios docenti et non facienti, alios iudicanti et damnanti, et eadem mala facienti, habent speciem boni et veritatem mal! Omnibus quidem hominibus terrible erit iudicium Dei, at præcepit Christianis legem Dei scientibus, et non servantibus; religiosis, sacerdotibus sanctitatē professis, et secundum statū sui sanctitatis non viventibus; doctoribus, concionatoribus, alios docentibus, et quæ docent non facientibus; iudicibus ecclesiasticis et secularibus eadem agnitus qui iudicant et damnant in aliis.

Hanc divini iudicii severitatem ut vites, stude coram Deo talē esse, qualē ut vult Deus; nomen, professionem, officium, dignitatem tuam imple. Cave ne cum Iudeis de solo nomine, de professione sola, de sola sanctitate statū tui gloriari; sanctum se credere propter sanctitatis votum, aut proprius statū sui sanctitatem, maximum error; illa vero sanctus est, qui secundum statū sui sanctitatem vivit, qui regulas perfectionis servat; et contra illi prevaricator et eo damnabilior est, qui sanctitatem professus, longius à sanctitate, moribus distat, Deumque per prævaricationem legis inhonoret; ita ut per eum et propter eum nomen Dei blasphemetur. A tali blasphemia libera me, Deus misericors; ab occulis meis, et ab alienis ob scandalum, parce mihi, Domine; da mihi in posterum nomen Christiani, pro-

fessionem religiosi, sanctitatem sacerdoti pro viribus, per tuam gratiam implere. Amen.

2^o Ex vers. 28, 29, etc., disce quis sit verē christianus; non qui talis est externa professione, sed qui corde et spiritu christianus est. Christianismus in charitate propriē consistit, quæ cor per cupiditatem abnegationem circumcidit. Quot itaque christiano nomine gloriantur, et qui reverā christiani non sunt! charitatem non habent, cupiditatis flagrant! Si professio exterior non sufficiat ad Judaismum, quanto minus ad Christianismum?

Parum ergo prodest christiano, per baptismi characterem, à exteriori gentibus distinguī, et ab eis per sacramenta et Christianismi exteriora separari, si moribus et vita cum illis uniat; si christiana legis, cuius anima charitas, sit prevaricator, et Christi non servet mandatum; si gentilis, legem naturalēm servans, Judaismus scriptum habentem, sed non observantem, damnabit, quantum magis gentilis ille christianum damnabit, qui Christi mandatum et exempla non custodit!

Itaque cave Judaismum in Christianismo; ne glorieris in solo nomine christiani; ne requiescas in Evangelio; ne fiduciam tuam reposas in sola professione exteriori, inō nec in exteriori sacramentorum perceptione; sed charitati stude semper; sis in corde et ex corde christianus; ama Deum, et ex amore serua Dei præcepta, omnesque ejus adimplere voluntates.

Deus, utpote mens aeterna et optima, mentem potissimum spectat, cor intuerit; de corde iudicat; mente igitur et corde potissimum servendus; mente pura, corde mundo, seu in spiritu et veritate adorandas.

sanctum, non per litteram, seu per gratiam, non per legem.

Cujus, Gr. τοῦ, vel, in masc., vel, in neutro; si pri- mum, cuius Iudei; si secundum, cuius Iudei et cir- cumcisio spiritualis, τούς, non ex hominibus, qui vi- dent exteriora; sed apud Deum, qui intuetur cor.

Ex hucusque dictis concludendum plerosque Iudeos nomen Iudei et circumcisio coram Deo non habere, nec majoris fuisse apud Deum meritū quā gentiles; sed utrosque reos fuisse, et neutros habere unde glo- riarentur, sed unde humiliarentur.

ea demum vera Deoque placa circumcisio est, utpote spiritus spiritualis fit circumcisio, id est, per Spiritum sanctum facta; non autem carnalis iuxta litteram legis Mosaicæ.

Cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est, qui Ju- deus, et que circumcisio spiritualis, laudem et com- mendationem habet, non apud homines, qui non vident nisi foris sunt, conspicunt; sed apud Deum, qui id intuetur. Qui se Deo interius, non autem homi- nibus exterior probare et placere contendit, qui non ab hominibus, sed a Deo laudari cupit et querit; hic vero Iudeus est spiritualis.

3° Ex vers. 29 disce et recordare semper quod veri christiania laus, non ex hominibus, sed ex Deo, qui mentem et cor intuetur.

Ergo ad hominum iudicia plerumque falsa non attendendum, sed ad Dei, cor penetrantis, iudicium existimat, contemnunt homines; quid ad me? nec

CAPUT III.

1. Quid ergo amplius Iudeo est? aut qua utilitas circumcisionis?

2. Multum per omnem modum; primùm quidem quia credita sunt illis eloqua Dei.

3. Quid enim, si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei evanescit? Absit.

4. Est autem Deus verax; omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: Ut justiceris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

5. Si autem iniurias nostra justitiam Dei commandat, quid dicemus? Numquid iniquus est Deus, qui infert iram?

6. (Secundum hominem dico). Absit: aliquo quoniodam judicabit Deus hunc mundum?

7. Si enim veritas Dei in me mendacio abundavit in gloriam ipsius, quid adhuc et ego tanquam peccator judicior?

8. Et non (sicut blasphemamur, et sicut aiunt quidam nos dicere) facimus mala ut veniant bona? quoniam damnatio justa est.

9. Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam: cuncti enim sumus Iudeos et Grecos omnes sub peccato esse.

10. Sicut scriptum est: Quia non est justus quisquam:

11. Non est intelligens, non est requiriens Deum.

12. Omnes declinaverunt; simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

13. Sepulcrum patens est guttura eorum, linguis suis dolosè agebant; venenum aspidum sub labiis eorum:

14. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est.

15. Veloce pedes eorum ad effundendum sanguinem.

16. Contritus et infelicitas in viis eorum.

17. Et viam pacis non cognoverunt.

18. Non est timor Dei ante oculos eorum.

19. Scimus autem quoniam quacumque lex loquitur, illi qui in lege sunt, loquuntur: ut omne os obstratur, et subditus fiat omnis mundus Deo:

20. Quia ex operibus legis non justificabur omnis caro coram illo; per legem enim cognitio peccati.

21. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, testificata à lege et prophétis:

22. Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi, in omnes et super omnes qui credunt eum; non enim est distinctio;

virtutem dabit eorum existimatio, nec auferet contemptus; sum id quod sum coram Deo; cetera nihil.

Domine, Deus virtutum, converte me; da mihi cor rectum, cor amore tui fervens, cor te verè et sincerè diligens; tunc, quidquid sit de hominum iudicis, ostende faciem tuam, et salvus ero.

CHAPITRE III.

1. Quel est donc l'avantage des Juifs? et quel est l'utilité de la circoncision?

2. Leur avantage est grand en toutes manières; principalement en ce que les oracles de Dieu leur ont été confiés.

3. Car enfin, si quelques-uns d'entre eux n'ont pas cru, leur infidélité anéantira-t-elle la fidélité de Dieu?

4. Dieu est véritable, et tout homme est menteur selon qu'il est écrit, ainsi que vous soyez reconnaître fidèle dans vos paroles, et victorieux dans les jugements qu'on fera de vous.

5. Mais si notre injustice fait paraître davantage la justice de Dieu, que dirions-nous? Dieu (pour parler selon l'homme) n'est-il pas injuste de nous accabler de sa colère?

6. Non certes; car si cela était, comment Dieu serait-il le juge du monde.

7. Mais si, par mon mensonge, la vérité de Dieu à éclaté davantage pour sa gloire, pourquoi me condamne-t-on encore comme pécheur?

8. Et pourquoi ne ferons-nous pas le mal, afin qu'il en arrive du bien? (selon que quelques-uns publient que nous le disons, par une calomnie qu'ils nous imposent.) Ces personnes seront justement condamnées.

9. Quoi donc! sommes-nous préférables aux gentils? Nullement; car nous avons déjà convaincu et les Juifs et les gentils d'être tous dans le péché,

10. Selon qu'il est écrit: il n'y a pas un juste, il n'y a pas un seul.

11. Il n'y a point d'homme qui ait de l'intelligence; il n'y a point à qui cherche Dieu.

12. Ils se sont tous détournés du droit chemin; ils sont tous devenus inutiles, il n'y en a point qui fasse le bien; il n'y en a pas un seul.

13. Leur gosier est un sépulcre ouvert; ils se sont servis de leur langue pour tromper avec adresse; ils ont sous leurs lèvres un venin d'aspic:

14. Leur bouche est remplie de malédiction et d'ameretume;

15. Leurs pieds courrent vite pour répandre le sang.

16. Le brisément et le malheur sont dans toutes leurs voies.

17. Ils ne connaissent point la voie de la paix.

18. Ils n'ont point la crainte de Dieu devant les yeux.

19. Or, nous savons que toutes les paroles de la loi s'adressent à ceux qui sont sous la loi, afin que toute bouché soit fermée, et que tout le monde soit soumis à Dieu.

20. Parce que nul homme ne sera justifié devant Dieu par les œuvres de la loi; car la loi ne donne que la connaissance du péché.

21. Au lieu que maintenant, sans la loi, la justice de Dieu nous a été manifestée, la loi et les prophètes lui rendent témoignage.

22. Et cette justice que Dieu donne par la foi en Jésus-Christ, à tous ceux et sur tous ceux qui croient en lui, car il n'y a nulle distinction.

23. Omnes enim peccaverunt, et egerunt gloriā Dei:

24. Justificati gratis per gratiam ipsius per redempcionem quae est in Christo Iesu,

25. Quem propositus Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiae sue, propter remissionem precedentium defictorum,

26. In sustentatione Dei, ad ostensionem justitiae ejus in hoc tempore; ut sit ipse iustus, et justificans eum qui est ex fide Iesu Christi.

27. Ubi est ergo gloria tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non: sed per legum fidem.

28. Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis.

29. An Iudeorum Deus tantum? Nonne et gentium? Imò et gentium.

30. Quoniam quidem unus est Deus, qui justificat circumlocutionem ex fide, et praepositum per fidem.

31. Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus.

ANALYSIS.

Primo et secundo vers. proponit et solvit objectionem contra dicta in fine cap. 2; deinde tertio et sequentibus versibus, usque ad vers. 9, duas alias objections ex primis subvaescentes priori proponit et solvit.

Iudeos ergo, quos in cap. 2 depresso, hic primum extollit, dicens eos gentilium precellicere, in eo quod iudei concordia sunt eloqua et promissa Dei, que Deus fideliiter adimpluit, nonobstante querundam Iudeorum incredulitate.

Ali vers. 9 Iudeos rursus humiliat, et gentilibus equal in negotio salutis, in eo quod omnes et hi et illi sub peccato fuerint; quod et multis Scripturar testimonis probat usque ad v. 19, ubi concludit omnes coram Deo res

PARAPHRASIS.

1. Si verè et coram Deo ille Iudeus est, qui corde, siq[ue] vera et Deo grata circuncisio, que cordis, quid igitur eximium habet Iudeus ex genere? et quam utilitatem affert illi circuncisio carnis?

2. Multum omnino prerogative habuit Iudeus populus supra gentilium; imprimit quidem, quia Deus ei sui concretis eloqua, prophetas de Messia, futurum regnum eius mysteriorum predictiones.

3. Nee est quid quis dicas quod eis plerique non crediderunt; esto enim quidam non crediderunt, num propter deus esse Dei beneficium? num istorum incredulitas inanem reddet Dei fidelitatem in suis promissis? hoc impossibile est.

4. Deus enim summè verax est, qui nec fallit potest, nec fallere; à quo longè distat homo, qui ut homo, et falli potest et fallere; Dei autem veracitatem non vinci hominum infidelitate, testatur David, post peccatum suum dicens: *Miserere mei, Deus;* sic enim ficit ut justus et verax apparet in tuis promissis de regni mei stabilitate; de Messia ex me nascituro. Merui equidem ob scelus meum his promissis frustrari, et reverè judicant homines te propterea fidem milii non servaturum; sed parce mihi: sic hominum iudicia

23. Parce que tous ont péché, et ont besoin de la gloire de Dieu;

24. Etais justifiés gratuitement par sa grâce; par la rédemption qui est en Jésus-Christ,

25. Que Dieu a proposé pour être la victime de l'offrande, par la foi en son sang, pour faire paraître sa justice, par la rémission de leurs péchés passés,

26. Qui a soufferts avec tant de patience; pour faire paraître en ce temps cette justice qui vient de lui, montrant tout ensemble qu'il est juste, et qu'il justifie celui qui a la foi en Jésus-Christ.

27. Et est donc le sujet de votre gloire? Il est exclus. Et par quelle loi? Est-ce par la loi des œuvres? Non, mais par la loi de la foi.

28. Car nous devons reconnaître que l'homme est justifié par la foi, sans les œuvres de la loi.

29. Dieu est-il seulement le Dieu des Juifs? Ne l'est-il pas aussi des gentils? Oui, certes, il l'est aussi des gentils.

30. Puisqu'il n'y a qu'un seul Dieu, qui justifie par la foi les concréts, et qui par la même loi justifie les incrédules.

31. Détruissons-nous donc la loi par la foi? A Dieu ne plaise; au contraire, nous l'établirons.

(Trois.)